

CAROLI
DRELINCURTII
APPENDIX
GAD
LIBITINÆ
TROPHÆA.

Responde o Stolido secundum stultitiam
eius, ne sit sapiens in eculis suis.
Prov. 26. ¶ s. 5.



ANNO 1680.



Ω̄σσ̄ γ μάσιξ ἵππω, Κένειρον
ὄνω, ὃτως πάλεδος ἔθνδ ωδενύμω.
*Ut flagellum adhibetur equo,
& stimulus asino; Sic virga
tergo Stolidorum, sive gen-
tis exlegis, atque scelerata.*
Prov. XXVI. vers. 3.

1941g 8801

EXCELSA
VIRTUTIS

V I R O

Egregiè Docto, & Virtute
Conspicuo

JACOBO
RONDELLO,

Græcarum Literarum Profes-
sori meritissimo sa-
lutem.

Insolens est, Vir Erudi-
te, Uni singulatim inscri-
bere, quod multis uni-

A 2 . ver-

4 DEDICATIO.

verse; sed huic insolentiae
cordati, queis Tua inno-
tuit Polymathia, plausuri
sunt, secum si reputant Te
Unum esse instar Omnia.
Tu siquidem, mi Rondel-
le, non modò supra **Doco-**
res Meos, (quibus etiam
universis hanc **Appendicem**
nuncupo) sed Literatores
præter cæteros ita oculatus
es, ac ita *nasutus*, & palati-
tam *subtilis*, minima quæ-
que vitia statim ut depre-
hendas.

Utinam, atque iterum
uti-

DEDICATIO. 5

utinam ex illius animi
docti candore haud Tibi
grave sit meos oculos festu-
cis eximere , meaque in-
odora fragrantia reddere ;
atque meas nugas , alias
insulſas & nihil , ſalibus
Tuis aspergere vel acutiffi-
mis , quo meorum Docto-
rum , ad meatum dicta , tum
scripta ſtupentium , veter-
num exutias ! Id hujus
Appendicis recudendæ
gratiâ , recto pectorê Te
præſtiturum totus confi-
do , amantem ſi reda-

A 3 mas,

mas, & colentem si re-
colis,

et tuus eris in nobis
et tuus eris in nobis

CAROLUM Tuum DRE-
LIN CURTIUM,
Medicum Regium
in Galliis, nec-non
Batavos inter Medi-
cine Professores Pri-
marium.

P R A E-

7

ABELÆS ÆTATÆ

PRAEFATIO.

Rabelæsium, rabiè nusquam
læsum, imitari non pudet:
Is feria vulgat, sed flocci fit.
Verùm, ludicra sua juris vix
facit publici, quin ubique de-
fiderentur *Exemplaria*. *His*
pariter Ego jocis, & aculeis,
fungos illos fodico, qui Ora-
tionē meā seriā nequaquam
tanguntur, ut hisce joculari-
bus, & aculeatis vel hebe-
tiores excitem hanc saltem
ad Appendicem expeten-
dam.

A 4

Huic

Huic porrò Appèudici Iudices Severi dedere locum. Nuper etenim, sententiam meis de Libitinæ Trophæis rigidam Midas dixit; & locum in subselliis oceuparunt, ac Tribunal compleverunt Doctores acutum auriti, atque adeò judicii * superbi, qui virgulâ Censoriâ, sed clausis oculis, Mea nupera de suggestu Dicta, sibi prorsus ignota, perstrinxerunt. Immo, sententiâ de Me peremptoriâ latâ, Memet ex Ditionis suæ, atque etiam, si Diis placet, ex naturæ humanæ finibus proscripti pserunt.

Toti

* Isthæc consequutio, Tullianas alludit ad Aures quarum judicium est superbissimum.

P R A E F A T I O . 9

Toti siquidem glandulosæ si-
dei propagatores Me canē pe-
jūs oderunt & angué; Dum
quippe Veritatis vim sustinere
nequeunt, nec hilum interim
doctrinæ habent, quâ valeant
~~καὶ τερπων αὐτοὺς~~, suam in
Me despumaturi rabiem faci-
norosos emittunt, qui, pro-
pter metum præsentis exitii,
mea non audent jugula pete-
re; Sed, ab ineuntibus Mar-
tii Bacchanalibus in hanc us-
que quadragesimam exeun-
tem, meas in ædes tenebri-
cosum impetum facere non de-
sinunt, meaque identidem &
vitrea specularia, & ferreos
cancellos effringunt rabidi,
adeò ut tutior degerem medios
inter Scythas, atque Massa-
getas,

10 PRÆFATIO.

getas*, quām hic Leidæ Docto-
res inter Pancreaticos, atque
Pineales.

Istam profectò talem ac tan-
tam ab ipsis reporto benevolen-
tiam, quod hujus Acad. causa,
Galliarum è Metropoli, Regiis
ubi Muneribus, absit invidia
dicto, jam olim § inclaueram,

* Hi speciatim, Scythiæ Asiaticæ
trans Araxem populi, suis infestissimi
sunt hospitibus, neque cum ullis amici-
tiam, fidemve, servant ullam.

§ Alias enim Me, Patriis è Lari-
bus, neutquam evocassent. Hic quip-
pe Lustrici Parentes, rem meam qui
promoverint, Mihi sunt nulli. Et il-
lorum aliunde morem execror, qui
Lustricæ cognationis ambitū, &
quotidianō suō conviciō, faciliūs, &
citiūs quām aurō & doctrinā suis,
quibus leberidē sunt nudiores, ipsos ex-
pugnant fuggetus.

P RÆFAT I O . III

per hujus Illustres Reip. Legatos alterum atque alterum abstrahī Me passus sim.

Hūm insuper gratum experior animum, quod Ego buc advena, nec ullo saltu, ex plebis fæcē, plurium inquilinorum more Doctorum, vel à Processibus, vel à Professoribus evenētus*, ternis nibilo secius Magnatibus illis, quos recens à Nobis deduxere Parcæ, & tribus insuper p. m. Collegis parentavcrim. At illorum erat, qui Se,

* Τὰς ἐκ ποδῶν υψηλώπεις Ἀλπας, Medicos pede evectos, Hippocrates eleganter vocat, qui, fungorum more, una nocte crescunt, & repente exaltantur; sive, qui saltū veluti quodam, ex insimā conditione promoventur ad summam.

12 P R A E F A T I O.

Se, suaque tum Optimatibus
Reip. tum Academiæ Membris
& debent & debebunt æternūm,
Senis illis vel justa fecisse Pa-
rentalia; vel Mihi saltem, qui
tot illis parentatus sum, gra-
tias habere nusquam intermori-
turas.

Mancipiis igitur præsertim
illis & Procerum & Professo-
rum, usque adeò Mihi bene-
volis, Appendicem hancce ηάγι τε
Σχαρτακώ, ηάγι τε Σφημισικώ
animitus voveo, dico, conse-
fero.

TYPOGRAPHUS

DOCTORIBUS

Glandulosis,

Caterisque omnium Ordinum
Lectoribus

S.



lacuit Prima-
rio, si Dis pla-
ceret, Medicine
Professori Dre-
lincurio, Gla-
nulosorum Doctorum Ad-
versario stolide feroci, vi-
rulentam admodum, &
innumeris Metaphorarum
flosculis ineptissime super-
bientem Orationi suæ ad-

*

ditam

PRÆFATIO.

ditam *Appendicem* inter
Gallos, Anglos, Germanos
nos disseminatam Belgis
nostris denegare ; sive
quod facti ducatur Pœni-
tentia, quæ tamen maledi-
cendi obtrestandique im-
petum in præfervidi inge-
nii, nulliusque Judicii Vi-
to, qui cohibeat? sive quod
ridiculas hasce tum *Sacro-*
rum tum Profanorum Tro-
porum delicias nostris in-
videat, sive denique, quod
tutiorem apud Extratos Ca-
lumniam existimet. Hanc
cum forte fortuna ex
Pe-

PRÆFATIO.

Peregrinis oris natus
sim, committendum ne-
quaquam censui, horum
iræne dicam, an desipien-
tiæ, aut potius Insaniae Dre-
lincurtianæ scœtuum deside-
rio Charissimos meos Bel-
gas diutius ut torquerem;
Horum quippe interest
quam maxime, scire u-
trum insulsissimos habeat
Academia nostra Docto-
res, an vero Mendaciſſum
nobis dederit Gallia Ca-
lumniatorem. Fruimini ita-
que hac Vobis tantopere
desiderata Appendice, &
ha-

PRÆFATIO.

habebitis, Opinor in hoc-
ce scurillum convitiorum
plaustro, quæ inter Vos
rideatis suavissime. Vale-
te, & sive serio, sive joco
quidpiam reponendum
putetis, meam vobis ope-
ram commendatam habe-
tore, nisi malitis Bacchæ
Bacchanti non adversarier.

Appendix Doctores ad GLANDULOSOS*

Insignitiores, sed
 Αὐαπίργες, καὶ Πλωχομάργες, τρεῖς
 περὶ Καππακαίσοις,

Quām

Una Cappā, seu Bardocucullōr,
 longè digniores.

Gratiā Vestrā, quā florui
 nunquam, excidi nus-
 quam,

* Quum illorum insignitiores Philosophicā Diogenis Pera careant, nullisque bonis sunt Disciplinis instructi; sed rerum cunctarum egeni, nec ullas, nisi ventris gratiā, Musas colant, quid de ipsisorum fæce credere est, & quantā rerum egestate premantur, & quām avidi luctuoso inhient anno, fibi quaestuoso.

† Penula Cercopithecorum est illa, quā
 Bardos,

quam, O Viri, & irriguo Pan-
creatè turgidi, & altâ Pinû
superbi, sed dum à Neotericis
ad Vos Antiquarios deficio,
& Vestris è Scriptoribus hi-
storiā eruo, gratiam à Vobis
collecturus sum immensam,
& quæ Me asterat à mortali-
tate. Aliàs enim Oratio mea
nupera, Vestris auribm acutis
nauci vilior, famam meam
extinxerat omnem: Scd in
præsens, Vestris è reconditif-
simis Scriniis Historiam dum
in lucem profero, totus à Vo-
bis æternitatem spiro. Tan-
tam enim Historiam, uti mul-
tò scrutinio detexi, ita certè,
tota

Bardos vestiunt, quos Doctores ex nihilo
creant, ut pote Medicinâ nullâ, vitiis autem
Cretensium, Cilicium, & Cappadocum im-
butos.

tota est illa multipliciter meditatione concepta; labore improbo parta; jugi exercitiis provecta; ingenio exulta grandis; acris subacta judiciis numerosis demum & sententiis foeta, & pigmentis ornata, quæque omnes dicendi lepores & lecythos ita exhausit, talem ut scriptionem nemo vel adumbrare quiverit unquam. Imò, Demosthenes atque Tullius ringentes crepuerunt, ob præceptam sibi Vestris ab illis Scriptoribus de Pancreate, [quibus, Vobis, Antiquius nihil est,] palmam Oratoriam. Et quotusquisque nunc Vestrum est. qui tam sublimi dicendi generi non rapiatur in Elegans. En-

Vos igitur E'ngelus & tantis
veluti verborum incantamē-
tis mentē captos.

Me autem, Neotericorum
imbibitum Prudentiā, extra
potestatem mentis nusquam
exire decet, sed singula Ve-
stri Scriptoris ita ruminari,
ac meum in succum, atque
meam in medullam ita con-
vertere verba, ut Vobiscum.
O Viri, pancreatis succō præ-
pingues, pinguis & Doctor
evadam.

Obser-

*Observatio de Pancreatê
Scirrhosô, tabisicô, at-
que lethiferô, Commen-
tariis illustranda, ut pote
quæ nota aurea sit; atque
ad eò, tota digna, quæ Li-
teris uncialibus cedro in-
sculpatur, quò ab omni ho-
minum obliuione atque si-
lentiô vindicetur; idque
præsertim, cùm ejus Exem-
plaria, Scriptorum om-
nium longè Antiquissi-
ma, rerum invidiosâ ac
edaci veterustatè corrosâ
sint.*

B 3 VIE

Vir ¹ juvēnis ² longo
³ itinere ⁴ maritimō
⁵ ex ⁶ India ⁷ Occidentali.
⁸
⁹ ad

N.º 1. & 2 Prudens epitheton, ne quis reputet *Virilem*, atque *Consistentem* etiam
 xpūivocè dici de *Layonibus*, atque *Silicēis*.

3. Ne quis reputet *Virum* illum, nec *Infantem*, nec *Decrepitum*, ex Indiis, Nostras
 ad humiles *Oras*, uno vel altero momento de-
 volasse.

4. & 5. Ne quis secum reputet *panerea-
 dicum* illum vel *Jovis*, atque *Minervæ* qua-
 drigis albis, per *cœlum*, huc usque subve-
 dum esse; vel *Triptolemi* serpentibus alatis.
 huc convolasse; vel *Phaethontis* currū ex In-
 diis *Occid.* huc esse convectum, depsō sti-
 patum Equitatū, & peditum, super undas,
 magnā comitante catervā.

6. 7 & 8. Ne quis scilicet, malè Geogra-
 phus, *Indias* & *Occid.* plures esse credat, Me-
 ridionalem v. g. atque *Sep̄entrionalem*, si-
 gulariter scribit, uti *Virum Iuvenem*, plenis
 buccis *pancreaticum*, atque singularē decet.

9. In,

APPENDIX.

19

9 10 11 12 13
ad hanc Civitatem, & ad
14 15 16
Nosocomiū Nostrū dela-
tus,

9. In Civitatem scripsisse fugit, ne quis opinetur pancreatē scirrhosum illum, seu pestē afflatum, Civitate vel donatum, vel exceptum esse.

10 & 11. Ne quis sibi fingat Practicū tantum, quantus est Vester Doctor, pagum, vel vicinm, vel villam agrestem atque pectoriam incolere.

12. 13. & 14. Ad, non verò in, ne quis autumet pestilentem illum halitū pancreaticō, Nοσοδηχεῖο receptum, alios & decumbentes perniciter afflasse, Prudens ergo Practicus Vester, Legum observans jacentem suum, pancreaticā luē formidandum, & ad Valerudinarii & ad Civitatis Portas reliquit: Illum enim hactenus exclusit ingressū.

15. Ne quis suspicetur Nοσοδηχεῖο illud vel apud Chinenses, vel apud Iaponas esse.

16. Ne quis sentiat elumbem illum, quem prostratum ad Portas vidimus modō, vel Hippomeneā perniciatō huc cucurrisse, vel alis Icari huc advolasse.

B. 4.

17. &c

20

APPENDIX.

17

18

19

tus, morbo chronicō lan-

20

21

22

guens & laborans, tandem

23

ubi

17. & 18. Ne quis sibi in animum inducat plurimum mensum τὸ πάθημα Ephemerum fuisse; & citius extinctum vel Εὐφυεῖσθαι βογτῷ, vel ipsò consulē Diali.

19. Suadā adhibes meritō. Quis enim vel Iudæus Apella, tuum languere pancreaticum crederet, ni Suadelā tuā ad id impulsus?

20. & 21. Chronicō languentem eundem & laborare ita paradoxum est, ut mens nulla, nisi laborans & fides nulla, nisi implicita, isthæc ασύνταξις sedē credat in unā morari. Id tamen hī docemur; & tantō cum judiciō exarata verba fidem nostram cogunt omnem.

A 22. ad 30. Langium ipsum, παραφεγγός τὸν εἰργαζούντα, periodi tantæ numeri, jurē quodam suō, sibi arrogant. En eius itaque verba nullō Me Exscriptoris adulterata fūcō; alias enim, numeros etiam addidisse, quibus caret hæcc παραφεγγός.

Tandem aliquando Quirites, ubi Conci-
vi ille, Paacreaticus Noster, Mendicorum
in Basilicā per tres, quatinque menses, Me-
cum

23 24 25 26
 ubi per tres quatuorve
 27 28 29
 menses hic commora-
 30 31 32
 tus est, totus emaciatus
 33 34 35 36
 obiit, & in ejus ca-
 da-

cum COMMORARI * desit Meis
 men Verbis ineptis Vos COMMORARI †
 desivi nondum.

31. 32. & 33. Tantam παραδοξόλογίαν
 quis ferat? Censere est enim, extremos dun-
 taxat vel unguium, vel pilorum vel dentium
 apices, tanto morbo emaciatus, & suā pin-
 guedine penitus orbos, mortem suam ma-
 cerrimam obiisse.

34 & 35. Ne quis extimet id Scirrhosae
 pancreatis vel ἀνεγραφόμενον, vel Lupiarum
 morbo extracadaver pendulum uspiam con-
 stitisse.

36. Ne quem credere subeat cadaver
 illud alicujus esse vel Antipodis; vel Incola-
 rum Lunæ.

* Id est συμμωγάνειν, delirum agere, stu-
 sum se gerere.

† Id est detinere, in morā tendere.

37.

38.

39.

40.

davere post illius mortem

41.

42.

43.

44.

aperto feso obtulit pan-**ceras.**

37. & 31. Ne quis acutè & veteratoriè Philosophus cadaver assirmer ante animam in cœlos evolantem.

39. Ne quis rursum sibi cadaver imaginetur vel Caji, vel Titii, ex terris Australium incognitus.

40. & 41. Ne quis vel Herophili morē, vel Vesalii infortuniō spirantis Viri visceribus cruentatum Doctorem traducat; Iovem. lapidem, [Sanctissimum jusjurandum] paratus est jurare, Cadaver illud, ad Extispicium, se nusquam aperuisse, nisi post mortem, & quidem illius, ad quem pancreus illud attinebat. O perspicacem Prometheus prudentiā, quā vituperatio vitatur. omnis!

42. 43. & 45. Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

Quām igitur felicem præticum Tereputo, in cuius oculos rerum causæ involent incousultæ. Id prosector prodit Gallinæ Testiculum albæ, & natum felicibus astris. Nos viles pulli, ultrō, citrōque, nselut umbræ vagamur, accidum tamen Veritatis Sepulcrum.

45

46

creas quod invenimus

ni-

erum * deprehendimus uspiam. Sed, *nec*
omnis fert omnia tellus; *nec omnibus datur*
adire Corinthum.

45. & 46. En Te igitur Stentoreâ vocè
 & Archimedem exclamantem Eūρηκæ,
 Eūρηκæ. Vel latera firmi & contenta Te si
 deficiunt, adsunt Tibi præstò buccones ador-
 nati, qui vel in quadrixiis πάγυες bucci-
 nent Παγγελόω esse. Talis enim est, *unius*
 è *Tuis æneatoribus*, Libri titulus. Sed, *surdis*
 fabula narratur. Aures namque Studioso-
 rum Batavæ, maximo sui detrimento *ad*
Græca Surda sunt: Atque adeò scientiam
 illæ portæ, alias patulæ, nunc autem occlu-
 sæ, Tuas ad Fabellas recluduntur nusquam.
 Quis enim, nisi Platinus sapiens, quique
 solus omnis anteit sapientiâ, τὸν τε κακὸν
 ιδίαδα ab una Tuâ pancreatis paludē, Ler-
 næb funestiore lacu, genus in humanum di-
 duci, atque diffundi secum ansit cogitare.
 Majoris est apud Me fidei reclusa Pan-
 doræ Hesiodicâ pyxide, malorum genus
 omne humanam in sobolem universam
 euolare.

* Alias Democriti puteum.

47. 48.

47 48 49
 nimis tumidum, durum,
 50 51 52 53
 cinereique coloris. In illô
 54 55 56 57
 dissectô nihil aliud quâm
 58
 candi-

47.48.&49. Ne quis *Scirrhum* illum naturalém esse dijudicet.

50. & 51. Cinerum vocas, quod brevi *Cremor* erit, n.º scil. 63. Sed Amici mei *Leucophai* gratiâ culpam Tibi remitto.

52. 53. & 54. Isthæc inconsulta verba quippiam laudum Tuarum de cœmulô detrahūt: Alias enim affirmassent ingenio Te solerti, & callidô Marte, atque Strophâ coagulum istud in aspectum, lucemque protulisse: Téque *Thessaiē* quðvis præstigiatorē versutiorem pervulgassent. Sed nunc, fœminæ loquaciaté Tuâ, laudibns excidisti tantis.

55.&56. Quas igitur *Novi Orbis* in Oras myriades illæ vasorum, ac ipsa Americani Tui pancreatis lympha revolaverant?

57. & 58. Cremorem vel hordei, vel latis, vel chyli candidum nostris si subjicias oculis, Colchicô atque Tartareo Magð vel falla-

58 59 60
candida quædam crema
 61
 in

fallacior, vel scelestior, nusquam audies.
 Nemo igitur Lacon, litem Tibi Magican
 iuteudet candidi Tui c̄remoris ergo; Sed
 Tuam illam, Tuorūmque ~~περιθλεγίαν τε~~
~~Εφηναείαν~~ meridi subsannabit. Te nihil
 loscies, Tuosque, insanabile tenet scribendi
 cacoëthes.

59. & 60. Cremam illam, candidorens
 licet cygnus quodvis albus, Latii veteris candidas
 soles collustrarunt nusquam. Hanc igitur
 nigra sole Tnō crema, vel cremato. Vel ni-
 grum si solem in tantum abhorres, in qua-
 tum à tuā c̄remā Latinæ abhorreut aures,
 c̄remam tuam illam, quisquiliis tuis cum
 aliis, ferro concrema. vel concremate can-
 denti. Sed ursus probrosum exhorres dura-
 rabile stigma; Priori igitur ausulta consi-
 dio, de illis; quod stigma deleatur omne, in-
 simul concremandis.

Id ipsum ante Me Hispanus sensit Libro-
 rum Censor, Tha quippe, Tuorūmque, digna
 censet scripta, omnia ad unum, quæ in lucem
 IMMittantur. At lucem innui Vulcaneam,
 postremi verbi primâ syllabâ liquet, alias
 enim libris vivacibus forturis consecratam
 formulam in lucem E-misisset. Sed quia

C fœtus

in caseosam substantiam

in-

fœtus illos animi cui inanimos deprehendit
atque deformes, illos id circa flammis devo-
vet quò deformitas illorum, & putor abo-
latur aeternum.

61. & 62. Si aliud à tremore nihil est, qui
caseosum in substantiam induratur? Sed
caseosum tremorem illum ultro Tibi largior.
Te enim amantem novi cæsi cum tremore.
Nec propterea dixerim butyro & caseo Te
confari totum. Alias enim oculi Tui leti
non essent acetō tam acri; nec nares Tibi
forent tam emuncta. nec scriptor audires
concinnus, & ad unguem factus. Sed terse
licet, prudenterque scribas, altam tamen
doctrinam, (no'ito stomachari) scripta tua,
nusquam sapiunt. Nihil enim nisi mortuo-
rum, quibus affiduo studio, fisco color, mo-
nimenta versas, nihilque super mutos Anti-
quarios sapis, At ego dum Vocales & Cathe-
diarios quotidianus observo, Pumilio sim
licet, Tu vero Gigas, scientiæ tamen meæ
horizonta latiorem consequor. Tuas enim
ceivices, decussatis cruribus, dum premo,
Major est mea uti videndi, ita & discende-
refigere. Tuis igitur humeris dum infi-
deo, id Tibi iuare in susurrabo, talem

con-

⁶⁴ ⁶⁵ ⁶⁶ ⁶⁷
indurata, repertum fuit à
⁶⁸

Nobis.

concretionem, qualem profers, millies me vidisse. Et quia rigenti bubulo Sebo similius est omnis, quam caseo: Mei idcirco Præceptores, quos penes est arbitrium & norma loquendi, nomen illi Γεατώματος indiderunt, ad discriminem tamorum vel melligenum, vel pulvaceorum, quos vel μελικηδάς, vel ἀπράντας nuncupant. Sed cane pejus & angue Tibi caves vocabulis ab istis, ne Græcā videaris arasse vitula. Rectos idcirco, hic, & ubique, Græcorum, Romanorumque Medicorum Sulcos turpiter detorques.

63. & 64. *Talis, id animis ut inculcem, substania indurata, alias arenularum exors est, & tunc simplex est στάτωμα; alias vero, scatei arenulis, & tunc est, στάτωμα vel topaceum, vel calcarium, vel gypsum, vel petricosum, vel tartareum; Sive brevius, Armatum est, vel Cæmentum. Sed tot ista hæc verba stupueunt ignavo palato.*

A 65. ad 68. *Maximopere veteris, ne Laureolam, quam solitus in mustaceo queris, alias Tibi præcipiat. Inventum enim istud Tibi ascribis anxius, sed Tuum ueriū non est, quam ipsa Medicina. Millies enim*

C 2

atque

atque millies talia & ab aliis visa sunt, ~~an-~~
tequam vagires in cunis. Sed more Tuō,
qui rusticus, & agyrtieus est, nec suum fla-
gellum ita quatunt, nec sua in tantum ostend-
ant. *Callicreas* quippe *Scirrhosum* viderunt
non tantūm, sed & purulentum, atque gan-
grænosum. Et ipsius, [absit Sciptioni invi-
dia] vietum, marcidum & ita contractum re-
peri, ejus ut acini tabuerint omnes, & vasæ
coaluerint penitus occæcata, adeò ut ne hi-
lū quidem lymphæ vel filtrarint, vel trans-
fuderint in E'κφυσι, quam errore cæcō, at-
que gravi, intestinum vocant tenuē. Te-
nuium interim omnium & spississimum, &
robustissimum est, tantūm abest ut tenuissi-
mum, vel tenuē ηεὶζοχην deprehendatur
unquam: Error tamen ille malus, atque
phanaticus, Pancreaticos Doctores & occæ-
cavit, & transversos abstulit omneis. Sed &
diverticulō in viam. Vísne igitur, Mi invi-
de, tanti marcoris ideam: Consule pulmo-
nes τὸς προεργάδες; vel amygdalæ, nu-
cēsque frangito Iuglandes (si modò caninos,
Orationis meæ furenti morsū, Tibi nondum
confregeris omneis,) & pulpæ locō, haud ita
insolenter inanem deprehensurus es pelli-
culam areniem, atque rugosam.

Quid eliciam ex Observatione tantâ, (de
quā nec volat, nec vestigium, ullus extat apud
Scriptores, quod scias) hujus loci non est,
ut divulgem: Meis enim retibus suffire nolo,
& idcirco Oratione meâ totâ, Mea Silui ob-
serua-

fervat, quò Regia, atque Cæsarea, pleraque, detonarem Exempla. Imò, ne quidem aliorum nomina Sarda vel Foresti muliebriter; vel Zacuti mendaciter scribentium, Surdis recitare volui. Ad isthæc enim vel Delphica, vel Lusitana quis auritus?

Si quod autem Kædingras nomine, sordéque mutatis αιχεγητας, enuntiassem, id pancreatis exsucci, quod mihi arrogo, Orationis meæ succō rigassem; Et eidem Orationi alterum ει meum, sed Tuo ita simile, ut Ovum ovo similius sit nusquam, inclusissimum exemplum.

Verùm, Afianâ Tuâ, & plusquam Theriticâ verbositate valere jussâ, his verbulis septem, sesquipedalibus Tuis Octo Sexagintas longâ εμφανιστέοις, usus essem.

SIC · VIRILE · PAN- CREAS · GYPSATUM · SECUI · TABIS · AU- CTOR ·

Illis enim septem habes r.. copulam huius membra secundi de pancreate tabificis. cum ejusdem periodi meæ membrō primō de pancreate tabidis: Et sexum 2. cum æta- te, & partem malè affectam; & morbi 4 speciem, & cadaver sectum, & cadaveris sectorem; & symptoma 6 potissimum, ut po- te quod unum fuerit lethiferum 7.

C 3

Vide-

Videtis igitur, & Doctores crudii,
sapidi tamen, & ipsô pancreate sa-
pidiores insulsô, ad Vos namque re-
vertor, quid distent æra lupinis, &
Lacones Arcadibus? sed forsitan ni-
græ vestræ loliginis succô pleni, hoc
est, atrâ pancreatis lymphatici lym-
phâ secùs judicatis quam Ego;
haud siquidem est eadem vesania
cunctis. Situm sit ergo in quinque
Judicum genibus, an eruditum pul-
verem attigeritis? Et Rosci jam au-
diatis? Ego verò Monachô indo-
ctor, & nihil nisi per nèbulam vi-
dens, album colorem ab atrô nul-
lus distinguam? Judices putem Cas-
sianos, absque præjudiciô, ex cor-
tice de nucleo jud, cium præceps ne-
quaquam laturos, sed libratis sen-
tentiarum ponderibus, Pedarios fore
mihi Senatores Græcis, Romanis,
& Arabibus assurgent Medicis; nec-
non & Neotericorum præstantissi-
mis Scaligeris v. g. Curdano, Fra-
castori, Vesalio, Fernelio, Gorraiis,

Ballo-

*Ballonio, Cratoni, Dalechampio,
Matthiolo, Hollerio, Mercuriali,
Ballonio, Dureto, Parao, Foë-
sio, Laurentio, Riolanis, Hildano,
Aquap: Harvæo, Vesslingio, Pec-
quetto, Glissonio, Warthono, Tulpio,
Chicotio, Willisio, Menjotio &c.
At illi omnes ad unum, apud Vos,
non modò despiciatissimi jacent; sed
& in illos, ni fustuariō coerciti, apo-
lactizatis. Imò, Leonibus istis,
mortuis plurimis, (Siculō deteriores
Majori Dionysiō, qui auream Æ-
sculapiō barbam detraxit) pilos vel-
litis; quod ignavi, & illiberalis
pectoris esse, palatique torpentis,
atque judicii detorti, exasciatō suō
atqne repumicatō Vestrum in A-
pollinem commentō Janus evincit
Eonicenus.*

Sed Vos insubidos Bœotos tam
Surdō decet esse palatō; similes enim
habent labra lactucas. Quid siquidem
appositius, quàm Vos glandulosos,
Cererē neglectā, glandibus vesci &

C 4 insulfā

insulfâ Libellorum farraginê pasci de
generatione, de placentia, de nutritio-
ne, de pancreate, de ventriculi quere-
lii, de alkali & acidô, de respiratione,
de Spiritibus &c.

O pectora sine pectore, ipsoque,
(ad clitellas) Areadicô germine na-
ra, & vel stramentis digniora quam
aurô; vel tribulis quam ambrosiâ!
O Viros tali pabulô lucernâ pingui-
ores! O Viros mandragorâ, strych-
nóque saturos; sed nasturtii egentes,
& ellebori! O Viros Bækkæostalw'ys,
& cerebrâ vacuos, ranâ tamen gyri-
nâ sapientiores! O judicium de Scri-
ptoribus acre, sed capite retrogra-
dô dignum, atque Panidis ac Midae
suffragio compar. Arbitratû nihil
losecius Vestrô, O Viri, non so-
lum auribus, & mente caci; sed &
mali commatis, & malè seriati,
Scribentibus doctis, indoctisque Medica
passim, ludiones atque pantomimi,
(Vestrîs in Comœdiis, quas ipsi,
Præsidê Vobis Comô, vicatim agitis)
in-

in Orchestram, Scenamque descen-
dunt ad myriadas, & gloria coronam
sumunt, septem stantibus ingloriis
post sibaria doctis. Numerus enim
stultorum, & idiotarum immanis est,
& numerum nescit, ipsis interim
præmia datis honorum amplissima.
At sapientum, doctorumque numerus
rarus est, nec calcnlis eger; calculis
idcirco reprobatis Vestrīs, (qui nulli
sunt,) numerō nullō à Vobis habe-
tur.

O dura & acerba ævi nostri fatalis
sed æquō interim animō ferenda;
Quid enim aliud à Viris Sphæræ tam
exiguae, & jadīciū tam obliqui sperare
est? Nullō itaque Mei tādiō & gra-
viera passus, Vos quotidianus ob-
servo, scenicum intra Vestrūm, Magi-
cūmque circulum, glandulā ab una in
alteram desultores. Magorum enim
morē, Vobis circulus est, sunt certi
deuīque fines, ultra quos Vestrūm ne-
quit detortum consistere iudicium.
Vobis namque, vel latum unguem à

PAN-

*pancreate, & à conariō recedentibus,
Terebinthō stultiores estis. Imò, ge-
nuinas glandulas illas è Librō Natura
vel recēns, vel olim eructas, Vestro si
tergitis palato, illud penitus exsur-
dant, uti & hæc ipsa periodus vestrar
& aures exsurdat.*

Vultis metaphoram aliam, va-
rietas enim delectat & juvat. Illæ
Glandulæ binæ, Πάγκες &
Κωνάοι, Herculeæ Vobis co-
lumnæ sunt Calpe & Abyla, NE
PLUS ULTRA.

Vel aliter adhuc, Pancreas Ve-
strum, mihi nuper Pandoræ Hesio-
dicâ pyxidē verior malorum fons
omnium, Vobis Cynosura gratiior est,
(morbificos fluctus ad omnes, quibus
procellosi jactamur,) Flavionis pyxidē
Nauticâ, ineuntis seculi quarti deci-
mi. Glandula verò Pini, Vobis,
flustuosum idem arantibus æquor, So-
strati Cnidii Pharos est: Ex illâ si-
quidein, gloriabundæ Praxeos Ve-
stræ

stræ palmas decerpitis, quas lem-
niscatas duris Capitonibus Nobis
nusquam; Vobis autem amicissi-
mis Verticibus φοξοῖς frequentes
imponitis: Isthæcque τὰ φιλτρά-
τα κάεχ, per tonstrinas, per po-
pinas, pérque Vestra κυκλοφο-
ρικὰ Bacchi, & Veneris Encæ-
nia, organis ubi litatur, graphi-
cè depictis nullis, sed anima-
lis, jactanter circumfertis. Vestri
interim Tympanotribæ suis pulsi-
bus illos in cœlum evehunt,
quò Lunæ apud Incolas digitō
monstrentur, & celebrentur æter-
num.

Nos interea nati infelicibus Astris,
quisque suos patimur Manes; dum
enim Vos cornicē loquaciores, anno-
farum cornicum oculos vestrā τασσ-
ωλογίᾳ configere studetis; Vestris
que tartareis officiis fidos Ductores
illos obscurate connitiumini; Vestris
& proscindimur dicteris; quotquot
scili-

scilicet, triticeis in Veterum agris lo-
lia Vobiscum non serimus.

Sic meherclè invidiosa hæcce Mea
& Oratio & Appendix vestrō con-
foderetur obelisco, is ni foret pistil-
lo retusior. Et cùm aliundè Vobis
singulis, rerum omninim sit curta
supellex, Vobis & gladius brevior
est, (& aliundè plumbus) Mecum
ut aliter quàm Umbratiles sitis di-
gladiaturi ; uti Vos & istud Do-
ctores decet Umbraticos. Vos qui-
Vos quidem Zoilos, & Aristarchos
vocito, nihil tamen minùs estis. Illi
quippe Gigantes sunt, & Atlantes,
Viros inter Literatos; At si quis Vos
cum ipsis componat, tot Nani, tot
Pumiliones, tot Pygmæi, tot Myrmi-
dones estis, qui Vestris, è Pharo, fa-
naticis thyrsis pollices illorum vix
metiremini. Neminem enim Ve-
strūm parem novi, vel uni Orationis
periodo suis complendæ numeris:
Quicquid namque graphio scribitis,
id omne graphicum est; sive aliter,

peccata-

peccatis scatet *enormibus* & in Grammaticam, & in Rheticam, & in Logicam, &, *quod vitiorum omnium fæx est*, ipsam in Artem, quām unicè profitemini. Sed id rursum, Vos Doctores decet *umbraticolas*, & *graphicos*, seu *ad unguem factos*, qui plus *saginæ*, quām *animo* tribuitis. Si quid ergo bonæ frugis Vobis Exscriptoribus excidit, id à Marte Vestrō penitus alienum est, totumque *Centonibus* ascribendum venit, quos tam *pingui* contexitis *Minervâ*, Vestræ ruditatis peritos ut pudeat. Credite mihi, vultis *sapidi* Scriptores audire, *initium discite sapientiæ, timorem Dei;* *Ipsum* deinceps *discite sapere*, nam *Scribendi recte, SAPERE est & principium & fons.* Criminosis porrò vultis fidem dictis, excussam à Me *Callicreatis* historiam intimius scrutari si nec *damno*, nec *probro duxeritis*, nullam in eâ vel *salis micam* estis deprehensuri; Interim illa nullius est

D

Vestri

Vestri vel lixæ, vel semilixæ; Sed unius Vestris è Primipilis. Verùm, nemo dat, quod non habet. Qui igitur insulsus sua conditurus est? Id tamen oportuit, nam rerum inops, canoras debuisset Nobis occinisse nugas. Est tamen quod gaudeatis in sinu, nugas illas ab insulso Vestrō tam insulsas, Arcadicis auriculis usque adeò acceptas esse, passim venales ut prostent. Immò, leprosæ Vestræ Medicinæ Candidati, alium, Vestris à nugis, atque fabulis, Heliconem non agnoscunt, sed totis in illum animis feruntur gregatim: Et exinde, aliò nusquam deflectunt, quàm vicinum ad Ιππονησίων, Vobis alias την τὴν παγκρέατον παγκράτειον, cuius aquis & labra si prosuunt caballina, & theses si rigant mimicas, clariores à Vobis iplō Clariō perhibentur.

Sed fidelis Phœbeius Augur, mihi dixit in aurem, nec ipsam

πραγ-

παγκλόες; nec ipsos fontē pro-lutos; nec rivulos ab eō deductos; nec arva eōdem irrigua, ætatem la-tura.

Nunc quidem, fateor, *lymphati-cam scriptionem* illam *novitas com-mendat*, quæ plures & fascinat, & *lymphatos abripit*: Sed brevī, *novitatis amissā gratiā*, putidissima siet, nullâ quippe vel rerum, vel styli ubertatē concisā vel *Hippocrateā*, vel *Thucy-dideā*, æternitati consecratur; Ve-rūm, *Annalibus Volusi*, & *chartā caca-tā* vilior est omnis.

Nihil autem est miri Candidatos judiciō non dum subactō, & in tur-pissimā Literarum, & Artis suæ, versantes ignorantiam vel *Morsimi ver-sus suas ad Theses Inaugurales exscri-bere*. Sed deflere est profectō *Lite ras & Medicinam* ita intercidisse, nec ullam illarum, [ab Eruditissimi Col-legæ Mei, Literatoris summi, *Theo-dori Ryckii*, Orationē *votivā* atque

*bortativâ] sperandam esse, Medicam
saltēm, παλινδροεσίαν, quamdiu
spurcissimis ex illis Artis Medicæ
lacunis; non verò limpidissimis è
Græcorum atque Romanorum fon-
tibus hausturi sunt. Apud istos quip-
pe lacunosos, squalentes, atque foeti-
dos, Artem suam nullam, sed Psitta-
corum duntaxat inconcinnam &
agrestem Barjoloyiāv condiscunt.
Fonteis autem nobiles si viderent,
illimes illos essent, atque largiter Me-
dicatos, deprehensuri; & ex illis vi-
vacibus, atque largifluis, præter Ar-
tis suæ saluberrima præcepta. *leporum*
etiam *affatim* haurirent, quibus ani-
mos & nubilos serenarent, & demis-
fos erigerent, & marcidos lactarent,
& avidos explerent, & segnes pro-
vocarent, & trepidos confirmarent,
& altos deprimarent, & minaces
frangerent, & infestos conciliarent,
& alienatos reducerent, & suspicaces
perstringerent, & commotos tran-
quil-*

quillarent, & petulcos comprime-
rent, & acerbos lenirent, & agrestes
excolerent, & refractarios flecte-
rent, & feroces cicurarent, & ferreos
mollirent, uno denique verbô, motus
animorum tenerent in suâ potestate,
pravos scilicet emendarent, & contu-
macissimos ipsos versarent in omnes
partes, atque sic morosissimos Ægro-
tantes illos *iδιωτώμονας καὶ ισχυ-*
ρογώμονας ad salubre consilium am-
pleteendum, *quod pervicaces renunt*
sæpius, impellerent.

Sed rudibus illis, atque loquacibus,
Juvenculis, qui Minervæ docendæ pa-
res sese fingunt, id unum animitus
exopto, ut, vel *Senes*, ad tantum
scientiæ culmen perveniant, ad
quantum sese Doctoratû pervenisse
sibi blandiuntur.

Verùm, suas ad glandulas, quas in
deliciis hábent, ceu Sirenū ad Sco-
pulos, obstinatiori & obfirmatori
conseñescere malunt animi sententiâ,

D 3 quam,

quam , feris ab annis usū veniente ,
ab adamatā diduci Chimærā. Isti
quippe Narcissi , rivalē nullō , urun-
tur amore sui , & quam vel veritatis
umbram , vel imaginem sui semel vi-
derunt , pertinaces illam consecutan-
tur. Imò , Metaphoram in ipsos aliò
si detorserim , isti Avθαδεις sibi non
modò canunt , sed & , læti vacuō ses-
fores in theatrō , sibi plaudunt ; nec
ullō vellent expellum Elleborō
morbum. Is enim mentis gratissi-
mus error illos ita permulcet , Medicis
ut Principibus , & ipso Eloquentiæ Re-
gē , in rerum Reginâ Româ , majores
se prædicent : Æsculapio propterea
nulli , vel Epidaurio , vel Romano ;
nullisve & Musis Atticis & Mercuria-
libus Gratiis sacra facere dignantur ;
Sed pulmonei atque stolidè tumentes
se jam illis abundanter litasse su-
perbiunt : Hominum interim nemo ,
nequidem delirus , sibi finget uspiam
vel Artis Apollineæ facultatem ullam
penes

APPENDIX.

43

penes ipsos esse; vel *Sadelam* super
ipsorum labiis habitare; Atque adeò
nec mentes illorum ulla trepidatio
subit *fulminei Jovis*, ob alterum à se
Hippolytum à mortuis excitatum: nec
aliunde vereri est *Mortalium* ipsos
fore *catenas*, à Diis in terram demis-
fas, quibus sibi nostros illigent ani-
mos. Sed hâc in re, suis consultum
rebus autumabant; invicem quippe
sibi gratulabuntur Nos ad se nus-
quam alligari: Satius enim ducunt
sui juris, & suæ sponte esse, quò huc
& illuc, *Nos citra*, liberiùs cursitent,
& quovis in Arte *medendi*, *dicendi*-
que claros caninâ allatrent invidiâ.
Ipsorum interea parcerem invidiæ
acres si forent *venatici*; sed *Molossici*
sunt *parasiti*, offâ qui Venalem ani-
mam habent, & cuius gratiâ præter
irrisum, diæteria & colaphos, cine-
reas etiam ollas sibi in caput confrin-
gi paterentur. Nullus tamen vellem
capita tam lepida confringi. Quòd

D 4

si ri-

si rixosi duntaxat forent, abundè ipsis
effet aures gestare laceras; Sed quia
mordaces sunt, & nemo Nostrum,
Hyrcanū vescanū, censet optimam se-
fe consecuturum sepulturam canibus
si laniatur, consultius Nobis erit,
ipsos & invitatos & ringentes ad cate-
narios reducere: Verùm, nobile pro-
pter genus è *Molossid*, *Torquē* deco-
rentur *majori*, & *trabalibus* innocui
latrent *Torquati clavis*. Tantos ho-
nores, tantūmque *Torquati* cogno-
men, non equidem invidebo, mira-
bor magis. Vos interim audio mu-
fitantes, O *Glandulosi*! *Torquibus*
illis *Vestros* vel fidiores servos atque
vertagos arcēri venatū, quō, Viros
probos atque *doctos*, spiritū Vobiscum
unō, & prosequerentur & dilania-
rent; ac proin, Vos malle tantos *Vc-*
bis indivulsos adjungi *Candidatos*,
quò noxam noceatis & *Bonis* & *Eru-*
ditis communem. Id igitur testibus
auritis à decem accepi, Vos vafros
atque

atque technicos restiones, technam
atque restim excogitasse, quā datur
nequior nulla; internacionem scilicet
in Græciam, atque *Latium*, estis ma-
chinati: Vultis enim *vulpecularum*
ad instar restī ad caudam constringi,
intermediā pigunī ardētē faculd, quō
segetes *Asianas*, atque *Romanas*, Li-
teras nimirum *Græcas* atque *Latinas*,
Vestrīs feralibus tēdis incendatis.
Vos siquidem ad noxam *Literis* &
Literatoribus inferendam cerā jam
cohærere eādem nemo non novit;
indoeis quippe nihil est iniquius.

Vestrām insuper testor conscientiam, an non animos geratis seriis omnibus à studiis alienissimos & *Ιπποκρατείοις καὶ χρυσόμοις* infensiſſimos? An ulla consulatis unquam Veterū Oracula, nisi fortè *Delphicū* Vestrū, quod Vobis omni exceptionē majus est: Sed dolosum illud & fallax jam pridem deprehensum, atq; carbonē Leoniceni notatum.

Del-

Dèlphicos autem Tripodas ubi confuluisti, ad Druidas quandoque, & ad Faunos aditis. Ego verò, qui Faunos & ludibriosos, & fatuos jam olim comperi, illos omnes missos facio. Ad illos saltem Sylvestres, atque Sylvanos, ceu fatuellos, dictisque fatuis ludificantes, baud secus ac Ulysses adversus Sirenūm cantilenas, aures mihi oblinio cerâ, quò syncerior ab ipsis deflectam, aurê nullâ ipsorum ludibriis fascinatâ; atque ita sensibus integris memet sapientissimos ad Scriptores referam, quorum numero Vestrum nemo ascribendus veniet unquam, nisi vel Æthiopes fuscedinem, vel Leopardi maculas deposueritis.

Sed pilum lupos mutare, non verò ementem, certò nostris; Nihil itaque sanioris mentis sperare à Vobis est; Vulpes enim semper vulpes; uti Simia semper Simia, & quam salvam Vestris cum Faunis, ludificabilem atque lud-

gram

cram imbibistis, ad ultimam & Vestrī Pancreatici guttulam succi; & turbinatæ motionem glandulæ Vestræ conservaturi estis. Sed σαρκασμοὺς faltem illos, atque rictus, cordis Vestrī ringentis indices, tenuisse oportuit, Vester ubi Rector publicè nuper Oraban. Verūm, redundantia cordis scurrili dicacitatē ora Vestrā idcirco diduxit, quod necdum, Libitinæ trophæis annumerer; nec Vobis fuerit integrum Me de suggestū, unā cum clepsammatē meō deturbare; Id enim Vobis usque adeò grave fuit & onerosum ut millies intra horam; Danaidum deliō rimosius illud volueritis. Magnatum porrò præsens auctoritas, Meique Rectoris οὐ τε Μεταλοτέπεια, οὐ Μεταλοψυχία Vos μηροτρέπεις τε καὶ μηροψύχεις à propudosō facinorē deterruit. Sicut enim illiberales, ita & pusillanimes estis, quod Vos profectò decet

decet Viros Servos, atque Cervinos,
sanguinē carentes, & ad frendium
crepitus leporē meticulosiores.

Vestram interea multiplicem Mirremini Metamorphōsin: Vix enim ullum est animal cuius vitia medullitus non imbiberitis: fuistis modò *vertagi, molossique*; modò *leopardi*; modò *lupi*; modò *vulpes*; modò *simiae*; modò *cervi*, modò *lepores*. Hactenus ergo nihil inter Vos atque inter quadrupedes interest. Sed quia Jupiter Vos in deliciis habet, meliori sortē Vos judicat condignos. Nulli igitur vereamini in Cypriorum à Veneris Dominatū deficientium, incurrere fata; (*illius siquidem Deae sacra colitis, & Nostros duntaxat in Sanctoris Medicinæ Parentes rebellatis.*) Jupiter namque feret nequaquam *grandia Vestra in torvos transformari membra juvencos*; Sic enim & fœnum in cornū gereretis, & *Quadrupedantē putrem sonitū quateritis ungul-*

ungulâ fontem, Caballinum scilicet
Vestrum p. 195. & 210 putidissimum.
At Vester *Juvans Pater*, Vos, hisce
terremis affixos, in *cælum* rapere de-
crevit. Nullus itaque Vestram rursus
rusticam turbam percellat metus *Ly-
ciorum infortunii*, suæ rusticitatis er-
gò, *conversorum in Ranas*: *pulsô* ra-
men *pudorè*, turpes *litibus exercetis*
linguas, & *Vestra in Me dilatant pa-
tulos convicia rictus*, ac *limosô insuper*
salitis ingurgitè pancreatici succi, &
aliud denique nihil, quàm *glandulas*
coaxatis.

Sed sic Vobis necdum, ex *Jovis*
decretô, crassum hunc aëra Vestrô
liceret perrumpere volatû. Quid er-
go de Vobis fiet? An è quadrupedi-
bus *quadruplatores*, & *quadruplatо-
ribus* Ascalaphi pœnam Proserpina
Vobis est inflictura, & *Sparsô capitê*
Phlegethontide lymphâ, Vos *In rc-
strum*, & *plumas*, & *grandia lu-
mina vertet*, ut *Vestrûm quisque*,

E

fœda

fœda fiat volucris venturi nuncia
Inclus,

*Inavus Bubo, dirum mortalibus
onem.*

Sed quanquam humano generi *malè*
fitis *ominosi*, & Vester ad Ægros in-
gressus, nihil nisi luctus & funera
spargat, *Metamorphosis* tamen, Vo-
bis dignam, nondum estis nacti. An
igitur ob Apollinis Sacre, quæ pro-
fanatis, ab ipso, (*non autem à Bacchō*
intimæ Vobis admissionis,) Mineidum
punitionē, *Orgia Bacchi contemnen-*
tium, in aves transmutandi venitis,
quæ *Serō trahunt à Vesperē nomen*?
Verūm, morē licet illarum largam
& honoratam (*Hippocratis*) lucem &
refugiatis, & floccipendatis, Vobis
tamen *tenebrionibus Metamorphosis*
congruit nondum. Væ Tibi, Dre-
lincurti, quid *gaudia nostra moraris*?
Nostra siquidein universa glandulo-
rum turba sese publicam in lætitiam
jampridem effundere gestit, illius

ergò



ergó spei , quâ Nos ipse fovisti , de
Jovis consilio Nos in et ipsos in *cælum*
rapturi. An igitur , cùm tot moras
Nobis injeceris tòtque Nos amba-
gibus suspensos , & incertos tenueris
obscurâ spe , & cæcâ expectatione
pendentes ; Et cùm aliundè multi-
formes Nobis Deorum in criminofos
animadversiones narraveris , quibus
hominum expulsâ formâ in foedum
genus alitum conversi sunt , metus
aliqualis nostros jam subit animos ,
ne tuæ captiosæ sint ambages illæ
quibus Nos innectis ; nè ve tam *læva*
sit Tibi mens in Nos , homines nus-
quam *lævos* , ut sinistrè de Nobis sen-
tias *Jovem* quidem Nos in *cælum* , id
est , viam in *ætheream* ; sed *æthereâ* redi-
nusquam in *Astra* sublaturum . Id ta-
men ex æquô fieri oportuit Nobis
Orioni comparibus ; *Trium* quidem
Deorum urinâ prognati non sumus ;
id enim optasse mortale non est ; sed
Triumviralis Humor , jam olim Menses

ante decem non ab incelebri Hyreō, sed ab inclytō Vassaeō altè † defossus genti nostræ cunabula dedit; ferarum deinceps genus omne, præcordia exedens humana, Artē doinamus Centauri Cheronis: Dians tandem, vel ipsi Pudiciriæ, si stuprum inferendum est, nequidem ruber hortorum Deus & tutela Priapus, nostris ab Hellespontiacis & aculeis & œstrō tutetur. Consequens est ergo ut Meriti præmia habeamus, & Nos addat Latona nitenibus Astris. Quod si Nos integræ tentatores Dianæ, vel virginea sagitta domat, vel Scorpiones enecant, non est. quod ingentes curarum volvamus pectorē fluctus, Nobis enim Amicioor Liber est, quam ut Nos curis illis confessim non liberet, & quemque Nostrūm cælo non immittat, subitosque non

† Et tam altè profectò ut sit resurrectus nunquam; Atque adeò ironica est sequela, is enim Ludovicus Le Vasseur * Genes Nostræ jugula ferivit.

non vertat in ignes, ut perenni siderē
clari simus, Ariadnēs gemmarum ad-
instar; Illâ quippe, *Theseis nostris*,
sumus consilio potiores, ut ex Orci
fauibus, famelicō taurō biformī vo-
racioribus, *sese proripiāt*. Sed quia
Meritis suis non semper constat ho-
nos, & Tu *Drelincurti*, qui Noster
cum Jovē, Nobis benevolō internun-
cius es; Nobus nigilosecius inimicos
videris gerere vultus, novus nunc
corda nostra percellit metus, ne dum
toties ceu *garrulos*, atque *superbos*
apud *Jovem*, ejūsque *filias* Nos tra-
ducis, sortem experiamur probro-
fam, & qui nunc *Vulgi* sumus *laudes*
indociti quod *vanda dulcedinē glandu-*
larum fallere non desinimus, vertamur
in nemorum convicia Picas.

Et reverā, nisi nostris & afflenta-
tiunculis, & detractionē alienæ
scientiæ rudis Vulgi famam aucupa-
remur, (quia Nobis volupe est per ejus
ora volitare, non verò, à laudatis lau-

*dari,) talem Metamorphōsin candidi & rectō pectorē, novum sororum, Nobis nusquam, uti Pieridibus iratrum, sed benevolarum, luculentum testimonium esse profiteremur. Nos enim, absit gloriatio dictis, conformatiōne tantā condignos reputamus. A Nobis namque alienum est nihil, quod Musas ab illā mentē, atque consiliō deducat. Jam etenim cælum digitō attingimus, & quia bombyces sumus angulares, & Viri bombylii, qui projicimus ampullas, vendilibus glandulis nostris totus jam resonat æther, & suspensa bederā nibil ipsis opus, gravem enim ad illarūm, (*ubique nunc fætentium,*) odorem convolant undique Corvi.*

Nostram igitur *nāj τε παγκεπτίων, nāj τε παντερχίων glandulos in omnes **, Musæ suō si æstiment

* Hæc enim *Insignioribus inscribuntur*, qui *vilioribus imperitant*.

mant pretiō, & nostram subinde
æquâ lancē si perpendunt *Aύθαδειαν*
quâ vel ipsas provocaremus; *Priscam*
deinceps *facundiam*, quâ bullatæ
turgescunt paginæ *Nostræ*; *Raucam*
insuper *famam*, garrulitate nullâ vi-
tiatain, sed quâ *Codri Theseida* vinci-
mus; *Studium** tandem *immane lo-*
quendi, quod & *Archytæ crepitaculô*,
& *Arabica tibiâ*, & ærê *Dodonæô* re-
boat altiùs. Vocis etenim canoræ
nostræ sonus tam altum intonuit,
Piniferam ut Idam, tellurémque *Pon-*
ticam unà cuim Cybelê, cui *Pinus* est
sacra; imò, cum Sulvarum omnium
Numinibus, ipsis *Faunis* scilicet at-
que *Sylvanis*, percusserit atque con-
cussérít. Et factis illis tam altè *fa-*
mam extendimus, passim jam ut ce-
lebreimur *cicadis*, ac *turturê*, *loquacio-*

res;

* Hic idem sonat ac *exercitium*. Sic Ora-
tores ipsi passim, *versari in studiō*; *mori in*
studiō; *Omittere studia*; *referre se ad stu-*
dia.

res; quicquid namque Nobis, è vocibus quas imitamur, venit in buccam, id ipsum, vinum *citra temulenti*, eloquimur; atque adeò *Cornicari* Nobis nusquam incumbit, *Nostrū omnium & singulorum meritō Musarum Aves* ut audiamus.

Sed amabo, *animum advortite quæ loquimini*, ne Vestri malus amur Vos abripiat transversos. Hactenus enim *Jovis renuncius* Ego, Numinis quidem consilium universè Vobis aperui, de *Vestrō in cælum raptū*; Et meum Sermonem illum Vobis ludificabilem esse, *ut estis nasuti*, iam pridem subolfecistis; Estis namque odorati *Me nec Sidereum, nec Empyrium*, sed *Expansum illud, quod alites pervolican, intelligere*. Vobis igitur clare atque distinctè renuntiatur sum, nullâ nullum, ter novies, ambagē verborum obscurum carmen *Magicō demurmurans orē*, statutum esse atque decretum à *Jovē* Vos hisce

sceterrenis affixos in *Volucres* esse
vertendos, & in *Avicularum cælum*
evehendos. Sed etsi gloriati modò
sitis *cælum* Vos attigisse digitō, rem
tamen ipsam *Vestrūm* nemo tetigit
acū.

Quid ergo tandem, post tot ludi-
ficationes, de Nobis fiet? Avetis
scire, quantum perspicio, admodum
anxii atque solliciti. Nolim igitur
vel animos expectationē, vel Vos ad-
uncō nasō suspendere. En itaque
*Vestram à Iovē sententiam, Persa-
rum & Medorum decretis firmiores,*
sancitum scilicet esse, & apud Supe-
ros ratum, Vos omnes & singulos,
qui *Drelincurtum conviciis ursistis,*
atque adeò, qui glandulosis Docto-
ribus *exitium cacaslis, TURDORUM*
naturam induturos.

Et quamvis Voluntas Superūm
summa, summum sit Jus, nec eorum
sit ullius consilii sui rationem dare,
lubens tamen tantæ sententiæ ratio-
nem

nem subjiciam , quò Vobis planum
fiat , modò & rationē omnia facta .

Quid enim primūm , Vos decet
magis , quàm Turdos esse . Tardita-
tem ingenii nihil culpo ; culpent alii ;
sed Vestram in morbis cunctationem
quis ferat ? Occasiones enim , curatio-
num animæ sunt : At ubi præceps est
illa , ac etiam calva , cessatores inte-
rim estis , & cunctando perditis agrum .
In Arte siquidem Nostrâ sicut in
Bellô bis peccare non licet nam pro-
crastinatio , quæ aliis Artibus simili-
citer est damnoſa , urgentissimis Æ-
grorum in rebus est peremptoria .
Vos igitur vel Lentulos priùs ; vel
Fabii Maximi filios , natū majores &
Tardos , meritò Jupiter permutavit
in TURDOS .

Est , quod dictis & factis pondus
addam . Ingeniō non solum tardos ,
sed & auribus , Turdis tardiores , ac
surdiores Vos Jupiter vidit . Vestris
enim agris , effrani lingua , non fo-
lum

lum Morbus alter estis, sed & in compitis, ac comedationibus usque adeo loquaces, ut nusquam auscultetis quid vicissim alii dicant. Vos igitur loquacissimos, $\pi\epsilon\rho\mu\lambda\circ\gamma\varsigma$ τε καὶ τῆς κίχλης κωφοτέρας, veros in turdos transformavit Jupiter.

Plura vultis? Turdi non unicè Tardi atque surdi, sed & bardi sunt, ac retibus subdolis faciles irretiuntur; Sic Vos, Magistelli pellacis aucupiō decepti, crassorum morē turdorum deciditis in casses præda petita suos. Ejus itaque aucupiō, & quidem auribus Vestris nusquam factō, (nam uti Surdi estis, ita & ille Verborum est aucupiō) nullō quoniam estis pellecti, Vos idcirco Surdos & pellaci ab cantū aucupē nusquam deceptos, sed oculis captos in turdos Jupiter immutavit.

Vos deinceps ex Turdorum naturā
Iupiter si singit, en Vos ad ipsorum
natu-

naturam unicè Viventes, primum enim, non nisi *lumbricis*, muscìsque vicitant. Sic Vos *plumosi*, & *chartacei* Doctores nihil nisi *insecta*, & vilissima quæque *Schidia*, atque *Schedia*, hoc est libellos famosos, & *nænias næniarum*, ac *Æoli* demum, *Erebique Schedulas* avidissimi voratis.

Vestrás autem *plumas*, atque *plumosam indolam* antequam haberem perspectas, Vos & *Lauri*, atque *Lentisci baccas* diligere mihi finxeram. Qui enim aliter mihi in animalm induxissem, ipsas *Musarum Aves* vel in *Laureta* non volitare, vel in vireta *Lentiscifera* non devolare, vel in ipsum *Parnassum* non evolare. Sed, ut in nunc certè scio, tantos non audetis tentare volatus, nec *præpetibus pennis* tantum *Æthera* secare; Verum, latebrarum, foraminum, & cavorum estis amantes, quó Vesta exinde proliciatis *Insecta*. Unicè igitur

igitur apud Me estis in posterum
audituri *Insectivori*, nec Vos uspiam
vocitatus sum Οὐοφάγες, si quid
enim aliud ab insectis rostro legitis,
glandes sunt *Stercorea*, atque sic gra-
ves etiam estis καί τε βαλανόφα-
γοι, καί τε σκαλοφάγοι; Vobis id-
circo plundo *Æsculapii* gravi con-
decoratis Epitheto.

Alias profectò, missis illis Sterco-
rosis, ad Vos nunc *Turdos* τὸ κιχλίξιν
perinde attinet, ac ad Vos eosdem,
ungulâ nuper solidos τὸ λακτίζειν
attinebat. Quid Vos itaque, veras
jam Κίχλας, ab illō absterreat
κιχλισμῶ haud satis perspicio?
Athenis quippe nulli vivitis, stri-
ctior ubi disciplina τὸ κιγλίξειν
κωλύει, hoc est, gula vetat indul-
gere lazieri. Sed mihi exciderat,
Vestram ante Metamorphosin pala-
to Vos fuisse Surdo & ad *Sybariticæ*
Mensas, & ad ciborum mangonia, vel

F

ex

ex Archestrati regulis, vel ex Apicü
palatō Φαρμακόνδυα: Atque ad-
eō Mens illa me subiit, pristinam
Vos penitus nondum *exuisse natu-*
ram.

Verūm, qnd feror, qui τὸ κιχλί-
ξεν Vobis detrahā? Me dicti pœ-
nitet ac pudet, ac vocem, reverti li-
cēt nesciam, revocabo ac remandam.
Vos siquidem comperi novissimè
καί τε κιχλίζοντας καί τε ἀτάκηως
γελῶντας intempestivè ac immodestè
ridentes, & cachinnō distortos ac
odiosos, seria dum habebatur Ora-
tio, quæ Vos trudebat in tumulum.
At, Vos decuit *Insectivoroi*, ad mea
dicta stupuisse, & decocti pudoris
histriones atque scurras esse palam.

En Vos itaque *Turdorum con-*
victores, ac etiam cum ipsis ἀεὶ¹
κιχλίζοντες; Sed *Sybaritici* tamen
comedones nusquam, atque adeō
μηδέποτε κιχλίζοντες.

En

En & alia Vestra cum turdis indolet. Inquilini atque feri vivaces ; advenæ atque domestici morbidi sunt, nec ullò Turdariō aut cicurantur, aut sanescunt. Sic Vos , in arborum quidem cacuminibus turdorum morè nequaquam foti & exclusi , sed in navium sentinis nati & educati , aëris estis impatientis cùm Politici , tum imprimis Aulici : Et id feros Vestros in navibus natales sapit. Prudentes idcirco vel Vestrâ jacêtis in sentinâ, vel Vestris cæspitibus incubatis, aurâ cœli gratiosi nullâ vel afflati, vel unquam afflandi. Et nisi Vos Turdos esse compertum haberem, cochleas, (quarum vitam vivitis , domi semper latitantes,) Vos esse putarem : Sed quia Turdorem estis induiti naturâ, de Pinu Volatis Arcadica in Bœoticam; & de Bœoticâ in Arcadicam: Strictior et enim Sinus est Corinthiacus, qui Bœotiam ab Arcadiâ disternat, quam ut cœli Vestri temperiem variet ullus.

Mentio porrò nidorum, *recens i-*
jecta, memoriam mihi refricat *luti*
contigui, quo suos Turdi nidos *con-*
textim ita construunt, ut *νεοθεων*
όμηρος Series & catena nidorum esse
videantur. Et quis cordatiorum ne-
scit *Lutum Vos Medicinæ atque Fa-*
ces, Vestros ad nidos, in altissimas
deponere *Pinus*, copulâ inter Vos
tantâ, ut, vel Vestram ante Meta-
morphōsin *cera maleficâ cohæseritis*
eadem, *cera & laudati* pariter eâ-
dem, sicuti nunc *imis radendi ceris &*
indem.

Verum enim verò, an non inju-
riosus forem in Vos, si, qui *Turdo-*
rum Vitia Vestra detexi; ipsorum,
Vestrūmque Virtutes nullam pro-
traherem in lucem. O utinam ergo,
vel aliquod Numen Me afflaret, vel
Pierius saltem *mentis incenderet ar-*
dor, quò Vestram primū solertiam
In Archididascali Vestri vocibus
imitandis carmine celebrem, & qui-
dem

dem Heroicō ! Quicquid enim Oscè
& Volscè, quia Latinè nescit , de pan-
creatè , & de conario fabulatus est ,
idipsum trutilais, vel recantatis. Quâ
certè recinendi peritiâ Vestrâ Tur-
dum longè superatis , qui Cæsaris
apud Agrippinam , hominum ser-
monibus tam fidelis resonuit , illius
ut memoriam nulla sit temporum
edacitas exesura. Jurè igitur potiorī,
O Doctorū garrula&resonabilis Echo,
Semper honos , noménque Tuum ,
laudesque manebunt !

En & Vestrás laudes alias solidio-
res multò ; sicuti namque obeso

Nil melius Turdo ,
Ita profectò , quid Vobis Doctoribus
& obesis , & obesa naris melius est ?
Pinguis etenim Vester aqualiculus
extans propenso sesquipedē , sensum
tenuum non gignit ; ac exinde , præ
bonitate toti nunc simplices estis , &
innoxii , qui modò fuistis corde Dn-
plices , atque καυχητοι .

En Vestrā rursus solidam & glo-
riam : Est siquidem

*Inter Aves Turdus, si quid, me Ju-
diee, certum*

Gloria prima :

Ita meherclē, Vos, ὡς Πάντες, qui-
bus universis hæc nuncupo, Vestras
estis, concolores inter, Aves, gloria
prima. Pompeji* tamen sine Vobis vi-
vunt : Imò idcirco vivunt, quod Vo-
bis *Turdis* & *Tardis* sint usi nun-
quam.

Verūm, transformationum satias
me tenet ; nec tot illarum ullum in-
duxif-

* Ad istud ænigma Sphinx ero. Pompejo
ægro Medici turdos præscripserunt, & cùm
ausquam, nisi apud Lucullum, essent repe-
riundi, à Lucullo interim peti noluit Pom-
peius, regerens, *An igitur absque Luculli
luxū Pompeius non viveret?* Secundum
porrò periodi membrum per se patet. Ad
extremos siquidem exitus non uua semper
truculentia morbi sufficit, sed & Medici im-
peritiam accedere oportet, quò citius confi-
ciatur æger, ὡς ικανὴ τὸν νοσέειν βίον, εἰ μὴ ξυ-
σλαθεῖ τὸν τρόπον πείσειν.

duxissem animum , ni Vos nasutos,
mē præsentē , tam turpiter denasasset
ille Naso . Alias quippe , dum Vos , ceu
tot Apollines suspicio , mentem me-
am id unicè subiisset , Apollinis Vos
morē ultroneas tot subiisse formas .
Nullus enim adducar ut credam di-
lectam Vos sobolem fōvis , quibus
est herbarum subjecta potentia , Ve-
stro Vos nequivisse Moly , (Mercuri-
ii potiore , & quod è rad: nigrā , Vo-
bis semper ad manus , nec effo-
diendā laboriose , lacteum florem ,
atque spumeum , interdū , noctuque
Vobis fundit) tot ab illis afferere
Metamorphosibus . Sed nunc tantæ
Vestræ & Majestatis , & potentiae
detrimento exploratum est mihi ,
formas tot illas , invitas esse , nec ul-
lis medicabiles herbis ; nec prodesse Do-
mino , qua prosunt omnibus Artes . Su-
premis interim votis pristina Vesta ,
splendidaque Glandulosorum Apolli-
num exoptanda forma . Sic enim vel

conglobati, vel conglomerati, fœdissimum ludibrium illud, quo nunc, Vos proculcant, virtute fortiori à Vobis amoliremini. Sed tot dissimiles formæ quas subiisti, non conveniunt glomeramen in unum. Vobis itaque, propriâ virtute cassis, maximè sum auctor, ne Vos pudeat tantis Vestris in angustiis, ad Circen deflexisse? ficut enim suis illa carminibus socios Ulyssis insues convertit, ita certè, negotio nullo, Vos, origine Bœotos pristinam ad Glandulosorum naturam revocaret. Et cùm aliunde notum sit suem Bœoticam glandibus & cœno in lepram incurere. citra carmèn; quidni pariter, vel absque Circes incantamentis, glandulæ vestræ cœnosæ malâ scabiè Vos inquinent? Quò tamen citius Vestrum alii sese aliis affricent, en dignabitur Circe suum Vobis oggerere Kukewīa; vel summos tangere virgâ capillos, & confessim setis horridi;

ridi, totoque in terram procumbente
vultu, pro verbis, nil nisi raucum mur-
mur edatis. Et tantâ profectò Meta-
morphôsi Vos adjutum iri totus con-
fido; illâ quippe leprâ Vestrâ potio-
res nullæ Vobis suppetent artes, qui-
bus hæc ad mea spicula stupeatis:

Vereor interea ne Menelai crimi-
nationem incurrerim, & Consultor
factus sim invocatus. Quid namque
Vobis expeditius est, quam reges-
sisse Mihi, Quid Tê & ficti vultûs
amicô, & Consultorê dolosô, ege-
mus? An non nostris ab incunabu-
lis coriosumus Elephantino circumiecti?
Nostra igitur Elephantiasis isthæc
nobis est abundè, nec leprâ nobis
opus est quæsitâ atque precariâ, quòd
dentatam tuam ad chartam sensum
deponamus omnem? Hoc unum aco-
lemus duntaxat, dolore si modo tangi-
mur ullo, Elephantis coriô nos pri-
mitus obductos, Elephantinâ interim,
lam olim egere promuside. Id unum
à se

à se *Prometheus* si sineret exorari,
speraremus omnino Nos fore tan-
dem πανολεῖς, ubi, nunc sumus
πανόλεθροι, & *pinus* in morem suc-
cisi: Tanti quippe beneficii spes de-
colavit omnis, & *tuis* aliunde *telis*, ac
bifrontis etiam *Leonicenl Iani*, tam
altè *confossi jacemus*, res ut nostra
jam redierit ad *Triarios*, & nos ad
restim.

En Vos igitur spē cassos, & ad
summam desperationem adductos.
Sed illiberale foret in Vos & jacentes
& calamitosos insultasse: generosi
pectoris est, Vobis ægris & deplo-
ratis ægrecere, vicesque Vestras
dolentiūs deflere. At ubi fata vestra
& graviūs & diutiūs, quam uila ma-
ter unicum filium, eluxero, si quis
proditor, cuius anima glandularum
limo atque facibus sit profundior immer-
sa, revocatis animis, Me suffodere
vel somniet, is, modò non sit vel dio-
bolaris, vel triobolaris, & de lapide em-
pius,

ptus, Virum me sentiet, & qui nunc
miseris Vobis nullus insulto, tunc infi-
liam. Gallorum enim est insilire;
Meum igitur erit, qui totus sanguine
Gallico, vel ad summas digitorum clau-
sulas, perfundor, gigantis illius pul-
monei, atque stolidè tumentis, retunde-
re supercilium. Sed si de Vobis, jam
oppressis, ne unus quidem Gigas,
irâ meâ dignus, resurgat, atque re-
siliat, tunc hostilem illum, quem,
hâcce sortis Vestra commiseratione, ani-
mum deposui; benevolum Vobis per-
petim, atque, beneficium estis ex-
perturi. Sicut ergo generofus profi-
teor, nullum me de Vobis blatero-
nem, (mibi iicet magis obstrepat,
quam Ulyssi Thersites) lethali contu-
surum pugnô; ita profectò, si qua
Virtus apud Vos fuit unquam, Ve-
strum erit accepti hujuscce beneficii
memorem animum in Me præstare;
meamque fidelitatem illam, dum
apud Vos Libellionis sustinui partes,
suð

suō remetiri pretiō. Fidus enim *Vestrūm Polyantheam* Vobis ad verbum expressi, quō, fidelitate tantā, Vestram gratiam aucuparer.

Si quid porrō vel in *Vosduriūs*, vel de *Me, fasto si Maximi more, superbiūs dictum sit*, id universum, *Vestri in Polyantheæ caput recidat*. Is enim autographō suō tot de *Vobis* vituperationes, sed tot insimul *de me gloriationes* includit. Illō igitur nominē, tantum abest ut apud *Vos*, rerum estimasores aquifimos, culpandus veniam, ut ediverso laudibus sim laudandus tergeminis, ob fidele scilicet hocce meum *Apographum*. Fidus enim *Exscriptor*, nec suā laudē; nec suā mercede fraudandū est unquam. *Vestra ergo, & præconia, & præmia, spē devoro*. Nihil siquidem causæ subest cur illa Mihi largiter non tribuat, jam quippe Judices in *Me* sedetis inculpandi & affectuum expertes; *Vestram namque non modibilem aterri-*

aterrimam , sed & pancreatis aco-
rem omnem , *meram eruginem* , &
purum putumque virus , in Me , de
suggestu dicentem , estudistis. Ab il-
lis itaque synceri meritissima mihi ,
ex aequo & bono , estis decreturi. Et-
enim , fermenti veteris vel hilum si
restitit , illud omne profecto & *man-*
dragorâ multâ , quam quotidiani bi-
bitis , & *opiô largô* ad veternum us-
que Vobis familiarî , ita repressisti-
ut Vestrum ne ino totus nunc *in fer-*
mento jaceat. Dum Vos in syncer-
rissimum candorem illum ita repur-
gatos contempler , tota mihi præ-
gaudiô præcordia saliunt , maligni-
tate nempe nullâ , nullò ve livore
Vos impeditum iiii , ne *Palmas* mihi
benè multas , è *Vestrâ Palmiserâ*
Pharô , decerpatis , quò *manus* meas
alteram , atque alteram exornetis ,
quibus hosce Vobis , raptim qui-
dem , sed fideliter , plenis è *Polyan-*
theâ calathis , flosculos legi. Rem
tantulam eò confidentius à Vobis

expecto, quod eō in me animo ve-
malignō, vel in vide nequaquam si-
tis, quō *Sochares* olim in *Melitiadem*
erat de *Perfis* victorem, coronām-
que petentein *Oleagineam*, sibi ne-
gatam. *Vestras* itaque palmas ani-
mo dum percipio, ad hæc quæso
Exultetis Floralia Vesta, & hosce
Polyantheæ flores sagacius odoremini
quām alias, nunc enim estis *emunctif-
fima naris*, & Vos in deliciis *Flora*
habet. *Vestrarum* interim palma-
rum gratia nusquam apud Me sene-
scet, sed æternū vigebit, & ad mu-
tua Vobis officia, *ad aras usque præ-
stanta*, me perpetū & acriter est in-
stigatura.

Meas porrò & *jactantiam*, & pu-
gnantes de Vobis sententias feratis sup-
plex rogo. Id utruinque, coctū licet
durum, efficiam ut concoquatis. Pri-
mum quod attinet, *immodicam pro-
prii jactatorem honoris* me oportuit,
quoniam olim eum eratis $\alpha\chi\phi\alpha-$
los, & *auribus nihilominus Baoti-*

cis

eis largiter instructi, infensos mihi gerebatis animos, ac idcirco turpens ac vitiosum *Exscriptorem Polyantheæ* rugosa sannâ eratiu Me cavillati; & sthæc *samma Vestra*, atque *cavillatio*, Me invirum ad magnifica Mei ipsius præconia compulerat. Nunc verò multiplex illa *forma*, quam usque adeò variam, atque variam subiustis, Vos alios planè finxit, amicissimos nempe *Mei*, ac meorum etiam *fidelium Apographorum* æstimatores æquos, atque graues; Me proinde jactere desino, & ex *animi submissiore*, quemque *Vestrui Mè præcellentiorem excito* Cæterum, pugnania tot exscripsi, non imprudens quidem, ceu tot illis secum contradictionem invehentibus patentissimum Vobis præberem confodendum latus. Istud certè meum infortunium, ardens ille meus Vos. Zelus declinare nequivit, quò etenim paratior, *Vestrum ad nutum*, Vobis *Polyantheæ festinatum cederem Apo-*

graphum, volantē non solum calamō, sed & *ambabus* illum descripsi manibus; atque sic dexterā ex cerpta, Vobis *dexta* sunt & benē ominosa; *sinistrā* verò transcripta, Vobis & *sinistra* sunt, ac etiam inalē omīnosa.

Exindē est ut fatum incurreritis in idem, in quod Ego nuper, eo dūtaxat excepto, qudd lævā scripta, læva & infelicia maneant: Dexterā verò, dextra atque felicia: At recēns, cùm de suggestū *lævum* intonui, felicitatem Vobis portendi credidistis; *Læva* etenim fulmiua Mea Vobis evōiōwīsæ fuēre; quæ verò Dexterā sum jaculatus, Vobis tunc *lævis* mihi stantibus ex adversō, dūsoiōwīsæ uisa sunt; Et isthæc **Vestræ** mentis & corporis hallucinatio, & obliquitas, quâ Vobis datum est omnia mea *dextra* transmutare *lævis*, hujusce mei Vobiscum est teterrima belli causa. Sed illud componamus oportet, mortales inimici-
tias,

tias, sempiternas autem amicitias ut
habeamus. Et reapse, totius Vestræ
hostilitatis in Me ne hilum quidem
supereft; Verba namque volant,
atque adeò levia vestræ in Me inju-
riose verba, leves evolarunt in auras,
nullô sui stigmatē relictô. Sors dein-
de, quæ omnia versat Me totum in
Vos ita convertit, ut solidâ Vestrâ
velim ab amicitiâ pendere, & Vestrîs.
deinceps lateribus indivulsus adhæ-
rere.

Valete interim Pancratice, & Ve-
stra Pineta Cedris Libani lætiùs sur-
gant, & fruticentur æternum.



Honorem sapientes possident, stolidos verò tollit ignominia. Prov. III. vers. 35.

Os stolidi contritioni est ei, & labia ejus, tendicula vitæ ejus. Ibid. XVIII. vers. 7.

Mors & vita in potestatē linguae: prout quisque amat uti eā, comedet fructum ejus. Ibid. vers. 21.

LIMA-

LIMATULUM
 atque Politulum *Ordinis Ele-*
phantini, sive Glandulosi,
de Drelincurtianis
 LIBITINÆ TROPHÆIS
 JUDICIUM.

Posssumus * si vellemus no-
 stram Polyantheā † copia-
 re talium Orationum mille
 facere, qualium fecit Gallus †
 ille,

Ε' ΠΙ' ΚΡΙΣΙΣ,
 sive *Improbationis improbatio.*

* Possetis si velletis & auctere Superos,
 & Acheronta movere : sed utinam aliunde
 possetis nulli , quod nulli velle deberetis.
 Verūm Hellespontiae peculio estis op-
 miores, quam ut aligero Deo , atque Cy-
 priæ Deæ, per fas & nefas frequentes non
 literis. Vid. pag. 191, & 208.

† Videbis pag. 5. & 239. atque notulas
 passim in Orat.

† Gallum revera Me nos tr̄is intus Εἰ in-
 ante, & natalibus illis totus gloriōs, totūsq;

80 JUDICIUM ORDINIS

ille, & dicere illud quod ille
dixit, hic obivit cum tale
morbo & hic insuper obivit
præterea cum tale altero, &
hic quoque obivit etiam cum
tale altero, & sic *millies* †, sed
nolumus id facere, nam si fa-
ceremus illud, *puderemus* *,
uti

superbio. **Vos** veò, *Sybaritus* ne quaquam
novi; **Vestrīs** tamen Me finibus extermina-
tum *velletis* si possetis, quod *cantu* meo plu-
res **Vestrūm** excitem * quandoque.

* Ad illam alluditur *Sybariticam* mol-
litiem, quâ *Gallos gallinaceos* ab urbe suâ
longè semoverunt, ne mulcibres sommi
delicias sibi suffurarentur, ἐπεις γῳ αὐτῖς
μαντείοθεν ἀθύρυνοι ἀστοι ὕπεροι, τὸν ἔχοντα
λεκτήρυντας· cù τῇ πόλει Τρέφεται. v.p. 166 & 227

† Et mille possem Ego, Plautinus è ver-
bis, Vestros facere Panegyricos, hi nempe
Doctores sunt stulti, & illi stolidi; & hi fa-
zui, & illi fungi; Et hi bardi, & illi blenni;
& hi buccones, & illi longè anteeunt omneis
stultiitie & moribus indoctis.

* Pudoris tamen decocti histriones estis,
nec Vos vitia Vesta pudent. Qui igitur Po-
lyantbeam, vel totum, descripsisse pudere?
Affe-

uti pudemus † quod *Drelincourtius* ille fecerit illud, & quod ille nihil in Oratione totâ probavit*, & quod rationes

† Affectus ingentis in Meluculentum testimonium illud est, ac Vestris condignum pectoribus *Heroicis*. *Heroicum* idcirco carmē meditor, meæ τεμηπον εῦχαριστος tot erga Vos, Mihi benevolos irucidatores.

* Nihil Me probare fateor ultro. Ecquid enim opus est ut probem quod apud omneis est in confessio; quodque præterea, cæcum Vestrum de Me judicium plus satiis comprobat, Vos scilicet esse vel fungos, & quidem venenatos; vel abominandas & fimo adjectiores, atque cimicibus olidiores, cantharidas. Quid deinceps probem Vos & hybridas esse, atque Bambationes vitiōsis viliores pomis, & ue oholo quidem, vel concha dignos? Literatos reverâ Vos effertis; sed qui Vos optimè norunt notis Vos norunt Threiciis compunctos; proletarios insuper, ipsoque indoctiores Philonide. Imò, mentem, aiant, Vos Abderiticam gereres, aut si cui Vestrum sua mens constet adhuc, Myorum illum postremum esse, nec hilum sacri habere, ac prorsus indignum esse, qui vel Hippocrati maiulam præstet, vel porcos Galeni pascat. Verùm, illi abundè est, famosis

82 JUDICIUM ORDINIS
tiones nullas nullæ * rei red-
derit; & quod Orationem
suam

mosis suis Viros in honoratioris libellis tineas
pascere: sive ut grandia nunc, & jam pri-
dem probata, atque comperta de ipso, de-
que Singulis Vestrūm eloquar, Vobis plus sa-
tis est, eruditos inter nihil valere, vulgus au-
tem apud ineruditum atque profanū Tra-
gicos esse Reges, oītarēsque Deos. O Vos feli-
ces, terreos priūs, & mole brutā compactos,
nuic verò ωθίων consecutos!

* Ecquam, amabo, tantæ Vestræ ~~ang-
gīas~~, quā Viros in Doctos plena eonvictiorum
effunditis plausta, rationem daturus essem?
Id unum tamen afferere est, Malicorvi,
mala Vos esse ova; &, Vestrās ad streperas
maledictorum ~~āuāz̄as~~, perinde ac vel ad
campanarum pulsū; vel ad cicadarum,
atque scarabæorum stridorem, obsurde-
scendum esse. Ecqua deinceps ratio Vestræ
foret illius adhibenda ruditatis, quā & do-
ctos contemnit omnes, & plures perimitis
ægros, quam gulâ pereant; nisi quod Eru-
diti Viri inimicos capitaliores habeāt nul-
los, quā m idiotas de trivio. Quòd alta insu-
per, Artis Medicæ sapientia sit supravos, at-
que adeò nihil ad vos; Vel fortè quòd altio-
rem ad illam Artis nostræ Sapientiam, quæ
Hippocrateos efficit iστθες, Vos jam olim
grassatos esse Vobiscū stulte reputetis; nec
ad il-

suam fecit cum *gestis* + quæ non sunt digni Rectoris Magnifici.

ad illam grassari ullis animi nervis contēdaris. Vel demum, quòd *in modis* sit *Gegroum* + *nōnum*, arqne adeò, Vobis ad facinus animos addat; Vosque & instiget de corio ut ludatis humano, ac experimenta per mortes agatis; & armet veneno, homines ut impunè trucidetis, & Vestris gibbera neficiis compleantur cœmeteria.

Gestus meos à Vestris abludere meum est infortunium crassum, quòd scilicet mei natales Vos extra *Cyclicos*, atqué *Ludioues*; Vestram mihi invidenter *Histrionicam*.

Mimica quidem *præcepta* Vestra nullus legi, sed *praxin*, multis ab annis, sedulus attendi, cuius *Balliones* apud atque *Philoxyenos*, *Gnathonésque* Vestros inter Orationem plagio descriptam, & de scripto recitandam oscitanter, summa hæc est, pulpitum p. emere cubito; gravemque semi-contractâ manū fulci e maxillam, & pleno suggestu, mucosis de naribus, atque rancidulis, malam pituitam, ozænicā inque stiriam, digitis identidem emungere rusticis, & squallidæ manus tergere convexo.

O Me infelicem tantis à *blennis*, & tantis infimul à *Mimis*, atque *Pantomimis*. tam alienum, quam qui alienissimum est!

F I N I S.

Sed si contunderes stultum
in mortuariō, in mediō mola-
rum, pistillo, non recederet
ab eo stultitia ejus. Prov.
XXVII. vers. 22.

Etsi glandulosorum stilla-
tes (alembicō) Pin glandu-
las omnes, μηδὲν ὑγίεις, ne hi-
lm quidem sanī emitte-
rent,
Totum enim Spiritum suum
protulere stolidi.

Prov. XXXIX. vers. XI.



Stk 4069



Stk

VDAZ

Sc p


83

E

Farbkkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White Black



CAROLI
DRELINCURTII
APPENDIX
AD
LIBITINÆ
TROPHÆA.

*Respondet o Stolido secundum stultitiam
eius, ne sit sapiens in eculis suis.
Prov. 26. Vs. 5.*

